Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Psalmorum vo liber quetiqz utilia ex omnibus continet
fructum predicat Hic enim annuntiatio xpristi in carnem
futuri. Hic omni xpristi misteriorum revelatio Hic omnis resur-
rectionis spes predicat. supplicioqz metus, gloriae pollicitatio
Liber iste veteris gesta commemorat, legem viventibus tribuit
gerendorum statuit modum Et ut breviter dictum communis
quidam bone doctrine thesaurus e Quid enim est quod non discat
ex psalmis/ hinc omnis magnitudo virtutis/ norma iustitiae/
iudicium decus/ prudentiae consumatio/ patientiae regula
Psalmodia ut ait Hugo fugat demones/ angelos in adiu-
torium vocat/ excitat devotionem/ placat deum/ impetrat
veniam/ hilarat animam/ illuminat conscientiam Et Cassiodorus
Psalmodia est consolatio flentium/ cura dolentium/ suavitas
exultantium/ aeris remedium/ miserorum omnium refugium Verum
hanc psalmorum utilitatem quia plenissime sunt supremis misteriis
et spiritali celesti dulcedine redundantes/ nemo plene capit
nemo eorum suavitatem iustare valet/ qui ipsorum psalmorum
spiritalem intelligentiam in se latentem non comprehendit Non
enim literis sacris cortex sed medulla inclusa sapientiae est
que mente vivificat reficit atqz oblectat Non enim putem
inquit Hieronimus in verbis scripturarum examinem esse sed
in sensu/ non in superficie sed in medulla/ non in sermonum
foliis/ sed in radice rationis Hinc autem ait In omni copia scri-
turarum sacrarum aptis passim/ obscuris exercetur Hinc ad iudeos
et lite observatores inquit salvator in Io. Scrutamini
scripturas/ ipse testimonium phibent de me. i non literis exteriora
tm/ sed pquirite divinorum sensuum thesaurum/ qui int fragile
vasculum vilis liris tenetur inclusus Sup quo Crisostomus ait
Non ad litteram simplice scripturarum sed scrutationem exquisitam
eos misit/ quia que de deo dicebant in scripturis desuper